55 105.

# Disputatio 5ta de Scientia Christi

Cùm inter effectûs Xri proles gratiam sanctificantem speciatim commendet etiam Scientiam Joa: 1 ubi dicit plenus gratiæ et veritatis: ideo Scientiam Xri in communi et postmodum in particulari, Beatam scilicet, infusam, et acquisitam (: Deo illuminante :) contemplabimur.

## Articulus 1mus

## Utrum Christus præter Scientiam divinam habuerit etiam Scientiam creatam et humanam.

Quòd in Christo fuerit duplex natura, divina et humana, quam duplex intellectus consequitur, nemo Catholicorum revocat in dubium. Unde quæritur; an præter scientiam et cognitionem divinam, quam Christus habuit ratione naturæ divinæ habuerit etiam suam et cognitionem creatam: vel saltem per absolutam Dei potentiam scientia increata ita potuerit uniri cum intellectu creato, vel animâ rationali, ut constituerit eum formaliter intelligentem.

### § 1mus

### Christus præter Scientiam divinam habuit humanam.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII61/0111
gefördert durch Baden-Württemberg